DK II. St. 1900a.
Schott H. 582 n. 76 (B) und Hundsrück Beil. n. 8 (C) 'ex cartular. monast. Deüz'.

In nomine sancte et individue trinitatis. Chuonradus divina favente clementia Romanorum rex augustus. Noverit dei nostrique fidelium universitas, qualiter inter venerabilem Rudolfum monasterii Tuitiensis[1] abbatem et Bertholdum comitem fidelem nostrum quoddam factum est concambium[2]. Dedit et tradidit predictus abbas curtem suam legitimam in villa[3] Biberaha in comitatu eiusdem Bertholdi comitis[4] cum capella ibi constructa et omnibus ad ipsam curtem pertinentibus mancipiis utriusque sexus edificiis terris cultis et incultis campis silvis pratis pascuis aquis cum omni utilitate, que inde pervenire[5] poterit. Dedit econtra predictus comes eidem monasterio[6] sex mansos terre arabilis in Cardena circa Mosellam cum vineis ad VIII carradas cum V mancipiis utriusque sexus[7] areis edificiis campis pratis[7] pascuis piscationibus cum quadam silva ad XXV porcos inibi saginandos. Et ut hec commutationis vicissitudo in futurum rata permaneat et inconvulsa, eam

Kr. 12[8]. Noverit omnis, (chartul. 'omnium') dei nostrique fidelium universitas, qualiter — —

Kr. 12. — — cum omnibus ad eosdem mansos pertinentibus cum capella et mancipiis utriusque sexus areis edificiis terris cultis et incultis agris campis pratis pascuis silvis forestis venationibus aquis aquarumve decursibus — — et cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit.

W. 23[9]. Et ut hec commutationis nostre vicissitudo cunctis retro seclis firma et inconvulsa permaneat,

---

1) B C; nicht 'Tuitionis', wie Stumpf, Acta ined. 395 n. 282 angiebt.
2) 'concanbium' C.
3) 'et marca' hinzugefügt in C.
4) 'comitis Bertholdi' C.
5) B C, vgl. DH III. St. 2500.
6) 'eidem abbati' C.
7) 'sexus edificiis areis campis silvis pratis' C.
8) DK II. St. 1862 in Kremer, Akad. Beiträge zur Gülch- u. Bergischen Gesch. IIIb, 17 n. 12.
9) DO I. 109 in Wenck, Hess. Landesgesch. IIb, 30 n. 23.